Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów. Zespół (fond 141 opis 2).

ZBIÓR ALEKSANDRA CZOŁOWSKIEGO

Dział (opys) II

103. Papiery rodzinno-majątkowe różnych osób i rodzin. Lit. Ce, Ch, Cz. XVII-XIX w. Części 27.

STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE

Chechtowski 30

Ex Actis Magdebur.
Civitatis Pranoviae

15. K. 30
1. F. 30
1. GR. S. R.

Anno Millesimo Septingentesimo Octuagesimo quarto Mensis Aprilij Vigesima nona die.

Coram officio Actisq Praesentibus Magdebur. Pranovien. Comparentes personaliter Generosi Dominicus Chechtowski et Victoria de Czerniawskie primam olim Gnsi Joannis Jabłonski, secundario ad praesens nuptiarum Conjuges, tum Gnsq Martinus Jabłonski dictae Gnsae Victoriae Chechtowska et memorati defuncti Joanis Jabłonski in primo Matrimonio procreatus Filius, in praesentia et assistentia Gnsi Michaelis Czerniawski supra fatae Gnsae Victoriae Chechtowska Fratris Germani agentis, Sani mentibq et Corporibq existentes, non compulsi, nec coacti, ullog dolo ac alio quo errore circumventi, sed cum praesenti matura Animi deliberatione intra se praevisatam habentes, foro suo quovis competenti omnino, et jurisdictione propria post habita; Praesenti vero quo ad hunc Actum attinet, benevole se se subjiciendo et incorporando, palam sponte libere, ac per expressum recognoverunt, et quilibet eorum sua ex parte recognovit. Quia ipsi Gnsi Chechtowski Conjuges et respective Gnsa Chechtowska Mater, et Martinus Jabłonski Filius, Bona sua propria et Haereditaria videlicet Hypocaustum frontale secundae condignationis, aliasq Sortes Lapideae Awanztykowska dictae Leopoli penes Ecclesiam Archi Cathedralem sitae ad eandem Gnsam Victoriam Chechtowska fatis olim Gnsi Joanis
Czerniawski

Czerniawski et Annae de Boguszewicze Conjugum suorum charissimorum Parentum et praefatum Generosum Martinum Jabłonski, memorati Generosi Joannis Jabłonski cum mox dicta Generosa Victoria de Czerniawskie Chechłowska in primo Matrimonii thoro progenitum filium vigore juris Divini et naturalis successionis, tum vigore Officiosorum Documentorum et Intromissionis per Officium Leopoliense Dnum Juris Fidelium Feria Quarta infra octavas Festi Immaculatae Conceptionis B. V. Mariae. Anno Dni 1749. dicto Generoso Joanni Czerniawski alte fatae Victoriae Chechłowska Parenti nemine impugnante et contradicente collate, atque vigore Juris plebiscitii Civit. Leopol. nec non fatis suorum antecessorum Boguszewiczow ad alios successores Boguszewicianos proportionaliter in reliquis sortibus dictae Lapideae Awanstylowska (: Excepto Stronsiano unico tergali hypocausto secundae condignationis et successive acquisito frontali Fornice propinatorio:) pertinentes, cum omni supra fatarum sortium structuris, Cameris, Culinis, tectis, subtecto cluaca et fundo, aliis attinentiis, limitibus, et circumferentiis antiquis, cum omni Jure Dominio proprietate, successione, haereditate, Jure retractus. Congrui, exemptionis competentiae, et cujusvis Tituli, tum usibus, fructibus, commodis, et emolumentis mone ex iisdem sortibus provenientibus, et in futurum provenientis, cumque omnibus pertinentiis ad honestas Stronskie Civis Leopol. et diuturna Ileumpatria possessionis habitis tenendas memoratarum sortium ad se recognoscentes pertinentes Nobili Adamo Kubiszewski memoratae Lapideae Awanstylowska Cohaeredi, illiusque successoribus et posteris ad habendum, tenendum, possidendum, utendumque fruendum, dandum, donandum, vendendum, alienandum, commutandum, construendum ac in suos suorumque successorum beneficios et placitos usus covertendum, nihil sibi recognoscentibus modernis, suisque imposterum successoribus et posteris intuitu suprafatarum Sortium et totius Lapideae Awanstilowska alicujus Juris, proprietatis, propinquitatis, Successionis, haereditatis, et alterius cujusvis tituli relinquendo, idque pro Summa Octingentorum Flor. Pol. pro praefatis sortibus inter se benevole constituta et concertata vendunt, dant, donant, cedunt, inscribunt, et resignant tempora in perpetua; praeterea dicti Generosi Chechłowscy Conjuges et Martinus Jabłonski de suprafata Octingentorum Flor. Pol. Summa alte fatis Sortibus, includendo in eandem et manicale, ad manus suorum recognoscentium exoluta, et per se Recognoscentes plenarie, ac in effectu quemlibet Florenum a grossis Triginta Pol. numerando et computando percepta et levata dictum Nlem Adamum Kubiszewski emptorem suum, illiusque successores, nihil sibi recognoscentibus modernis venditoribus, suisque successoribus ratione praemissorum alicujus Juris, praetextus, praetensionis, ac competentiae reservando quietant, liberum absolutumque faciunt et pronunciant perpetuo ac in aevum; Intromissionem Officiosam in memoratas sortes per Officium Dnum Juris fidelium capiendam et assumendam atque actualem Possessionem eidem Nbli Kubiszewski, illiusque Successoribus, ex nunc dant, et admittunt, datamque et admissam nec per se, nec per alios quovis submissas et subor

miſsas et subordinatas personas prepediri debebunt, ac tenebuntur, quinimo iidem fri Chechtowey Conjuges et Martinus Jablonski suis cum succeſsoribus et posteris, quod Eundem Nlem Adamum Kaliszewski ejusque succeſsores ab omni et quavis impetitione juridica et extra juridica omnium et singularum personarum propinquarum et remotarum cujuscunque status sexus et conditionis existentium seu quovis modo ad supra scriptas Sextis Lapides Awanszyskie ad praesens venditas et resignatas trahere ac interesare volentium in omni Officio et Judicio toties quoties opus fuerit suis propriis sumptibus de et ex Bonis suis generaliter omnibus mobilibus et immobilibus habitis et habendis, summisque pecuniariis ubivis locorum hanantibus evincent ac intercedent, se se inscribunt et obligant, idque in casu contraventionis et tuendis, forum ubiquinarium ad respondendum sibi recognoscentibus aſsignant, recognitionis praesentis vigore, alias in forma venditionis quietationis et evictionis de Jure plenissima et perfectissima, quam his in actis manibus propriis subscribunt Datt die et Anno ut supra

Wiktorya Chechtowska

Mar Jabłonski

Michael Czerniawski Aſsistens

J. Checht

Ktora Danacia z Akt Maydeburgii Miyskiey Janowskiey słowo w słowo na Steplowanym Papierze wypisawszy z wyciśnieniem Pieczci Urzędowey tudziesz z podpisem własnych rąk Extraktem wydaiemy Datt die et Anno ut supra w Kancellaryi Janowskiey.

M. Brodzki Notarius
mppria

Bazyli Siniczynski, Joachym Ryskalski, Symeon Kuczka — Burmistrze

Bazyli Brzkar, Andrzey Grabowski, Grzegorz Gajewicz — Ławniki

Instrumentum praesens Empti et Venditi ad Acta Judicij Civilis Magd Leopoll per Oblataſs sub Datt 6. mey Xbris 1794 porrectum eſse testor

Jacobus Arfinski Judicij Civilis Magd Leopoll Nrius

~~ad 6671~~ ad No 837

m

Hæc Venditio per Nobilem Adamum Kubiszewski in personam Gsi Michaelis Nikowski vigore Transactionis sub dato 28 Julii Anno 1784 conclusæ et Die 27. Aprilis Anno 1785 actis Iudicii Civilis Leopolo insertæ, est retrocessa.

ad 6900

ad Num. 6900. ~~No 7220~~

Extrakt Donacyi przez Urodz. Jm Panitka Chech Lowelich y Konsukcessorow w Urzędzie Magdeburgii Lwowskiey z 29 Apr 1784 Anno uczyniony wydany

Litt. C/

~~Litt. H.~~

~~£ #~~

Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :

DIGITAL – CENTER

ul. Krzemowa 1
62-002 Suchy Las
www.digital-center.pl
biuro@digital-center.pl
tel./fax (0-61) 665 82 72
tel./fax (0-61) 665 82 82

Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.
Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.

All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.